



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Praxis Episcopalis**

**Piasecki, Paweł**

**Coloniae Agrippinae, 1620**

Circa obtinentes beneficia.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61608](#)

**Rau. d.**  
**cap. 25.**  
**sub n. 68.**  
**cap. 1.**  
**de fil.**  
**presbyt.**  
**Nauat.**  
**nun. 69.**  
**Nauat.**  
**Qum. 70.**

**Dispensatione ordinatus, siue illegitimi-**  
**tas sic publica, siue secreta, est irregula-**  
**ris. Et quando etiam furtum contra pro-**  
**hibitionem ordinantis, si prohibicio**  
**fuit sub poena excommunicationis latæ**  
**sententia, est excommunicatus, & irregu-**  
**laris; cum quo Papa solus dispensat.**  
**Qui etiam eodem die duos ordines sa-**  
**cros suscipit, posterior est suspensus: &**  
**in eo Papa solus dispensat.**

**Council.**  
**Trident.**  
**sess. 7. c.**  
**20 & 21.**  
**c. 10.**

**Si ordinatus fuerit illegitimè cum**  
**dimissorijs Capituli, vel eius nomi-**  
**ne est suspensus ab executione ordi-**  
**natum, si est in sacris, ad arbitrium futuri**  
**p̄z̄ari; si autem in minoribus est con-**  
**stitutus, priuilegio non gaudet.**

**Si est excommunicatus, licet minores**  
**ordines suscepit, efficitur irregularis,**  
**si excommunicatio erat maior; cum quo**  
**Papa dispensat.**

**Si vero maiores ordines ad titulum**  
**beneficij pensionis, vel patrimonij non**  
**sufficientes, & actu non possunt susce-**  
**perit, est suspensus; sicut etiam quilibet**

**alius male promotus; cum quo solus**  
**Papa dispensat.**

**Iraq; haec pena communis est contra**  
**quoscunq; male promotos; vt sint filii, &c**  
**ab executione, ministerio, & exercitu**  
**ordiniū susceptorū; & siue spe, & facul-**  
**tate ad alios superiores ascendendi. Et**  
**si ministrare pr̄sumpt̄runt, sic irregu-**  
**laris effecti, priuati sunt omnibus dig-**  
**nitatibus, beneficijs, & officijs Ecclesiasticis,**  
**& iohabiles facti ad illa, aliaue**  
**similia, vel dissimilia obtinenda. At Re-**  
**gulares junctam priuati voce Actiuæ,**  
**& Passiuæ. Et absolutio à reatu, & di-**  
**spensatio ab irregularitate summo Pon-**  
**tifici referuata est; it, vt nec per Iubi-**  
**læ neq; per indulgentias extraordinarias,**  
**etiam Cruciatæ sanctæ ab alio absolu;**  
**vel dispensari queant; nisi in articulo**  
**moris ex dicta Constitutione Sexti V. d. const.**  
**Ideo Visitator aduertat, quando post**  
**illam Constitutionem promotus fuit,**  
**q; edita fuit Nonis Ianuarii Incarna-**  
**tionis Domini anno 1528.**

## CAPVT XII.

### Circa obtinentes beneficia.

**CIRC** A vero beneficia obtinen-  
tes, eorum q; titulos, videat:

**An aliquo Canonico impedime-**  
**to prepediti sint: & si adeo dispellatio an-**  
**fit ad beneficia & ad quot, & ad qualia.**

**An ante 14. annum, vel ante primam**  
**tonsuram beneficium obtinuerit.**

**An beneficium sit erectum, & confir-**  
**matum ab ordinario, ita vt sit beneficium.**

**An beneficium sit simplex, an residuum.**

**Ad quem eius collatio spectet.**

**An sit eius conditionis, vt beneficia-**  
**tus necessarij in aliquo ordine, tempore**  
**collationis constitutus est debeat.**

**An sit tale, vt beneficiatus infra certū**  
**tempus debeat ordinari, vt est Ecclesia**

**Parochialis: vel si esset Archipresbitera-**  
**tus, vel Præpositura, licet beneficium**  
**esset si nplex. Et videat an infra illud**  
**tempus fuerit promotus.**

**An item certam ætatem, vel aliam**  
**qualitatem requirat. Collatio tamen de**  
**Canonico, licet beneficium sit cleri-**  
**catus non ab eo Canonico, ren. t.**

**Sicut etiam de Curato pro simplici, &**

**de dignitate pro officiis.**

**An sit Jurispatronatus, & tunc in-**  
**modi spicitur, si haberi potest, fundatio-**

**nis, form.**

**An beneficiatus legitimè electus,**  
**presentatus, ac institutus fuerit.**

**An patronis, vel instituentibus ali-**

**quid promissam, vel solutum sit.**

I. ANG

An sit ei aliquid beneficium vnitum,  
& diligenter videndum est, an valeat V-  
nio, vel an reuocanda sit ex ijs, quæ supra  
dicta sunt de Unionibus, & an conditio-  
nes in Unione apposita seruentur.

An facta sit collatio cum conditione,  
aliud, quod obtinet, resignet, & cui.

An cum alia conditione, vel pacto.

An cum diminutione.

Sess. 25.  
cap. 5.  
An sit derogatum oneribus contra  
Sacrum Concil. Trid.

Rebuff.  
fig. nu.  
12.  
An permutatione facta cum aliquo in  
dignitate Ecclesiastica existeti, hoc sum-  
in pro de mo Pontifici non narrato, quia non ya-  
form.

Ante omnia autem inuestigandum est,  
an aliqua Simonia intercesserit: quocir-  
ca plura consideranda sunt.

Paris.  
Conf.  
140. lib.  
4.  
Si ex permutatione beneficium obti-  
nuerit, considerandus est utriusque be-  
neficij valor. Notabilis enim inequali-  
tas in permutatione Simonie presum-  
ptionem arguit: multò magis, quando  
beneficiū est nullius momenti, vel est Ca-  
pellania facta, præcipue vbi adest consan-  
guinitas, & quando probabilitate benefi-  
cium erat de proximo vacaturum, vel  
per obitum, vel per ingressum Religio-  
nis: Et saltē conjectura inqualitatis  
beneficiorum, si alia concurrat, sufficit  
ad irritandam permutationem. Consi-  
derandum est etiam an sit tractatum, vel  
etiam simileiter conclusum inter par-  
tes de permutatione.

Cōf. 58.  
Const.  
Pii V.  
132.  
Greg.  
11. Con-  
dit. 87.  
Si ex cessione obtainuerit, videat quæ-  
nam fuit causa impulsua, & si facta sit  
iuxta Bullam Pij V. & an sit facta publi-  
catio, & petita possessio tempore præ-  
scripto.

An aliqua pars fructuum reseruata  
sit absque superioris auctoritate.

An is, qui beneficiū obtinebat, ut illud  
cederet, aliquid emolumenntum tempo-  
rale sit consecutus.

An facta sit mentio, quod renun-  
tians fuerit promotus ad titulum illius  
beneficij.

Condit.  
87.  
Nauar.  
cap. 2.  
nu. 10.  
Vulter.  
cap. 15.  
num. 6.  
An aliqua intercesserit confidentia,  
quæ coniecturis probatur, vt in Bulla Py  
V. de qua latè Nauar. in suo Manuall, &  
Episcopus Vulter. in tractatu de irregula-  
ritate & Can. impedimentis.

Vt quando quis, cesso, dimissione be-  
neficio, & publicata resignatione, pos-  
sessioneq; capta, in illo, eiusi è rebus, vel  
fructibus aliquomodo, per se, vel per a-  
lium se ingesserit.

Et alijs modis in dicta Bulla specifi-  
catis, & à dictis Doctoribus diffusè de-  
claratis. Et singulæ conjectura per sin-  
gulares testes probantur, vt ibi dicitur.

Onera quoque, quibus beneficium af-  
fectum est, diligenter inuestigada sunt,  
& an ipsis satius sint: Præcipue autem:

Cencil.  
Trid.  
sess. 24.  
cap. 17.  
An plura obtineat beneficia, & si ea  
ex sui natura incomparabilia sint, vel  
propter pluralitatem ex Concilio Tri-  
dentino: Et quārum ad hoc attinet, per  
pendatur vniuersiusq; beneficij valor,  
& personæ qualitas, &

An de omnibus in impetracione nē-  
tionem fecerit.

An officium diuinum recitauerit, &  
si non recitauerit, an fructus male per-  
ceptos restituerit.

An alijs etiam oneribus satisfecerit,  
vel ratione Missarum, vel interestiæ  
diuinis officijs in Choro, & huiusmodi,  
vel ratione fundationis, vel de iure, vel  
de consuetudine: Et vbi desecrerit, an re-  
stituerit fructus male perceptos.

Concil.  
Pron. 1.  
qua ad  
bon. 5.  
sacrorū-  
bus  
Si quis verò beneficiatus sit alterius  
Diœcesis, inuestigetur, an per longam  
habitationem, domicilium contraxerit.

An literas dimissorias, vel testimo-  
niales habeat, & si ad tempus vel indefi-  
nite concessæ sit ita, vt vel expiraue-  
rint, vel adhuc durent: Et si sub aliqui-  
bus

bus conditionibus concessæ sint, in illas hæc videnda sunt etiam cum extre-  
adimpleuerit: & si ob aliquam causam,  
puta inimicitia, an illa cessauerit. Et  
ro noa beneficiato, ut supra  
dictum est.

## CAPUT XIII.

### Circa pensionem obtinentes.

**Q**UOD vero ad obtinentes pensionem  
aliquam Ecclesiasticam pertinet, in  
primis videndum est:

An Canonice sit imposta.

**Gig. de pensione.** An licita sit, vel illicita: quando au-  
pension. tem licita sit, vel non, tradit *Gig. in tract.*  
*e. 4. & 5.* **Spec. de pensionibus** præcipue cognoscatur, qua  
causa occasione uè imposta sit: & an ali-  
vit. &  
**Hon. Ec. ales lib.** quid Simoniacum intercesserit, & an  
*e. c. 31.* fuerit imperatum beneficium, vt re-  
nunciaretur cum pensione contra *Con-*

*sstitutionem Pauli IV.* Hoc enim casu est *Conser-*  
*excommunicatio ipso facta.*

<sup>340</sup>

An qui eas obtinent post *Bullam Py*  
*V.* Officiū Beatissime Virginis recita-  
uerint, & qui à recitatione defecerint,  
an fructus male per eos restituerint.

An Ordinatus sit ad titulum illius pē-  
sionis.

Potest etiam inquiri de illo, qui ex-  
tinxit pensionem, an cum facultate Sum-  
mi Pontificis id factum sit.

## CAPUT XIV.

### Inquirenda de Regularibus.

**Concil.** DE Regularibus à Vicario Voraneo,  
**Trid** à Parocho, & ab alijs pijs Viris in-  
**Confess. s. c.** quiret potissimum.

**Conc.** An prædicens, sine facultatis, bene-  
**Prou. 6.** dictiones uè testimonio, etiam in locis,  
**cod.** vbi spiritualem, temporalemque iuris-  
**d. fess. s.** dictionem habent.

**Cone.** An hereses, scandala, aut errores pre-  
**Prou.** dicauerint.

**Cone.** An collectam inter concionandum  
**Prou. 1.** proponant, faciantuè.

**de præ-** An concionator se ipsum commen-  
**dic. ver-** det eleemosynæ causa.

**Conc.** An publicent indulgentias sine Epis-  
**Prou. 1.** copi consensu.

**quæ ad** An professionem fidei præstiterint  
**h. Con-** omnes, qui eam præstare tenentur, vi-

delicet Professores, Concionatores, & **Cone.**  
**Confessarij** ad prescriptum *Bulla Py IV.*

**Prou.**

An audiant confessiones sine faculta-  
te scripta: Est enim poena excommuni-  
cationis.

An se ingerant in casibus reseruatis  
fine Episcopi facultate contra *Confis-*  
*tutionem Py V.*

<sup>1572.</sup>

An relaxant publicam poenitentiam  
sine Episcopi concessu.

**Cone.**

An conueniant ad processiones ge-  
nerales in Parochia, vel in plebe, vbi ha-  
betur Monasterium.

**Cone.**

An in eorum Ecclesia imagines sacra-  
insolitæ pictæ sint, vel veritati non con-  
uenientes, vel alias contra Sacrum Con-  
cilium Tridentinum.

**Trid.**

**seif. 24.** An in eorum Ecclesia imagines sacra-  
insolitæ pictæ sint, vel veritati non con-  
uenientes, vel alias contra Sacrum Con-  
cilium Tridentinum.

**cap. 8.**

**Decl. A-** An in eorum Ecclesia imagines sacra-  
insolitæ pictæ sint, vel veritati non con-  
uenientes, vel alias contra Sacrum Con-  
cilium Tridentinum.

**post. vt**

**in lib.** An in eorum Ecclesia imagines sacra-  
insolitæ pictæ sint, vel veritati non con-  
uenientes, vel alias contra Sacrum Con-  
cilium Tridentinum.

**inst. fol. 97.**